

logos dico, vt præterita sinamus effluere:nihil  
me posthac sine ipsorum consilio facturum. Li-  
benter hæc audit, & tali animo gratulatur. Ut  
**G**uiancurtium alloquar, rogat. Colloquimur.  
& illi bono viro placet consilium: tranquilla sic  
fore omnia pollicetur. se literas ad Theologos  
perlaturum humanus & officiosus vir recipit.  
Literas enim à me captabat, quibus me habe-  
rent obnoxium, vt nihil esset articulorum prola-  
tione opus. Ego verò ex eius aucupio elabi cu-  
piens, me iam scripsisse fingo. Ambo aulā acce-  
dūt. Rumor est Regē iussisse R. Stephano mille  
& quingētos aureos ad sarcieda quæ perpessus  
fuerat dāna numerari. Quas tunc turbas exci-  
tarunt? impijs dari præmia ad male agendum: ad  
eadē patrāda, huiusmodi præmijs similes inui-  
tari. Efficiunt tandem suis clamoribus quod cu-  
piebā (verè hoc dicam, liberū semper fuit inge-  
nium, pecunijs nunquam inseruii, laboribus as-  
suefactus à Domino, vt auis ad volatum) vt nul-  
læ dentur pecuniæ. Annuit Rex: pollicetur ta-  
men maiori in re se fore erga me munificum ac  
liberalē. Ego verò gratius actis, tātum rogo vt  
me ab aduersarijs tueatur, id mibi omnibus pe-

c.i.